Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Ut altiori excellentia meritorum ad altiora possint
praemia peruenire. Nam quod fratrem suum
moses cum filiis in sacerdotium ordinare p̄cipitur.
quid nob̄ aliud mystice cōmendat nisi quod omnes
qui officium doctoris sostiuntur tanto debent studio
et amore meditationi diuinae legis adhaerere. ut
quasi germina ei uideantur cognatione coniuncti.
Neq; hoc quod primi filiorum aaron post ordinationem
cum ignem alienū offerrent corādnō. Igne caelesti
perier̄. a significatione miserabilis nr̄i temporis
aborret. Ubi nonnulli sacerdotum ac doctorū loco
potiti quod dictu quoq; graue ac lugubre satis est,
Dum ignem cupiditatis igni supernae dilectionis
ante ponunt. igne supernae ultionis absumuntur,
Quorum perpetua damnatio temporali ē filiorum aaron
morte figurata. Quamuis excellentioris figura
mysterii quomodo tabernaculum cū ornatibus
ac uasis suis scām designat ecclam pulcherrima
uis tutū siue personarū fidelium uarietate distinc
tam. Ita etiam sūmus eiusdem tabernaculi sacer
dos figuram tenet ueri pontificis ihū xp̄i. qui semet
ipsum optulit oblationem et hostiam dō pro nobis
in odorem suauitatis. Qui etiam iure pot ē frater
mosi uocari. qui senim amplius alteri fraterno est